



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Secunda, & Tertia. Præstatio alimentorum, & Educatio filiorum. parag. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

subjectiōnem, quam habet sub viro, non potest, de se disponere, potest, quantum est ex hoc capite Iustitiae, vir, qui non est subjectus uxori, nisi in convenientibus ad redditionem debiti conjugalis, quam certe servitus ex se non impedit. Hanc sententiam sequuntur a Sanc.lib. Sanchez, & aliique, sed Pontius b & quales fa-
7. matr. d. cit in hoc conjuges, & invalidam esse putat,
23. n. 2. c. i. invito altero, sui cuiuscunque conjugis ven-
tans D. ditionem, quam aequalitatem probabiliter Thomam. adesse, negare non possum.

Aver. q. 17. Dixi (altero invito) ex communi enim
22. matr. consensu non esset peccatum se vendere,
sec. 1. V. quantum est ex capite Iustitiae, quia volenti,
Rur. & consentienti non sit injuria. Nam cæte-
b Pont. lib. rum scimus omnes, facile posse intervenire
7. matr. c. alia inconvenientia, unde illicita esset ejus-
44. modi venditio.

18. Advertendum tandem est, in eo casu, quo venderet se vir, volente uxore; ipsam uxorem non amittere suam libertatem, sed solum sibi prejudicare non parum. Tunc enim ejus vir factus jam servus, ipsa conscientie, debet præferre obsequia Domini obse-
quis, alias debitis ipsi uxori. Idem dic, si u-
xor, consentiente viro, (Qui certe mihi vide-
tur casus moraliter impossibilis) se vendat,

§. II.

Secunda, & Tertia conjugum obligatio.

Idest

Mutua prestatio alimentorum, & educatio fliorum Remissio.

c Lib. 5. in

Decal. c. 3.

§. 3.

d Aver. q.

22. matr.

sec. 4.

c Castrop.

a. 3. de

Spont. p. 5.

§. 2.

f Bonac.

circa 4.

Decal.

præcep. ali-

o que ibi-

dem cita-

sos:

D E his questionibus dictum est à me satis
alibi, c quem locum studiosus adire fa-
cile poterit, vel audeat Averlam, d & Castro-
pal, e de priori arguento bene differentes, &
de posteriore Bonac. f

§. III.

Quarta conjugum obligatio,

Idest

Correctio Maura.

V Itæ magna conjunctio, quæ est inter
conjuges, exigit, ut mutuo iidem se

conjugali affectu corrigant, & ad peccata evitanda, se in vicem adjuvent, id, quod duobus fieri potest modis. Primo, adhortatione. Secundo, punitione. Tum igitur vir, tum cō-
jux adhortatione uti poterunt, & aliquando, juxta regulas correctionis fraternæ, debe-
bunt: ita tamen, ut vir, (quippe qui uxoris cap-
put) illa, quæ pertinent ad familiæ gubernationem, possit uxori præcipere, sed præcipere non possit uxor viro, nam hæc solum poterit, debebitque proponere, atque illa prudenter urgere.

2. At vero, quoad punitionem, nullo modo conceditur uxori, posse virum punire, vi-
to autem uxorem punire leviter, & moderate, conceditur: leviter, inquam quia ipsa serva-
non est, sed viri socia, atque una caro cum illo. Et quidem nunquam ex odio, sed ex Ca-
itate, Zelo, & Amore Justitiae. Semper autem
juxta proportionem culpæ, immo levius,
quam culpa requirit, ut pax inter conjuges, &
amor custodiatur. Hinc sit, ut, si grave deli-
ctum committat uxor gravi punitione corrige-
dendum, id ad maritum non pertineat, sed ad
publicum Judicem.

3. Si quæras magis in particulari mensu-
ram ejusmodi punitionis,

Respondeo, id, ita cordatè, ac breviter ex-
plicari à Castrop. g ut satis sit ejus verbalic g Cahn.
subscribere.

4. Certum est (inquit) non posse maritum puniri, punitum, & exili, perpetui carceris, (intelligo publici, vel
perpetui, vel diuturni) vulneris, alteriusque
percussionis, ex qua ejus salus, vel membrum per-
iculum subeat; has enim pœnas sibi Res publica
reservavit; quas, nec Dominus, ratione servorum
permisit. Plurumque censerem, subtractione
cibi maritum uti debere in uxore punienda, quia
haec pœna sufficiens videtur, ad communis desfe-
ctus puniendo: Cui pœna addi possunt aliquot re-
clusonis dies, etiam compedibus appositis: Vxo-
rem tamen edere alapis, conculcare pedibus, su-
stibus percutere, raro permitterem, quia conjugali
affectui, & amori, qui semper spectandus est, be-
graves punitiones, si frequentes sint, non leviter
obstant. Mirus censer concedendam verberum
punitionem, quia haec servorum propria est; & li-
cer aliquando, causa urgente, ingenii soleant af-
fici haec punitione, id contingit, cum in minori
estate sunt constituti. Quapropter (nisi causa
gravissima urget) peccatum mortale existi-
mare.